

18

P. S. 46. 48.

DISPUTATIO JURIDICA,
DE
DEPOSITO,

Quam

D. O. M. A.

Magnifico & Nobilissimo J C T O R U M Ordine in
Celeberrima SALANA, consentiente
& approbante,

P R A E S I D E

V I R O

Amplissimo, Consultissimo, Excelsentissimo

Dn. ERASMO UNGEPAUERO,

J C T O eminentissimo, Antecessore hujus Academie Celeberrimo, Consiliario Saxonico gravissimo, Curia Provincialis & Scabinatus Assessore dignissimo, Patrone, Promotore, ac Praeceptore suo omni honoris & observantiae cultu & ter-
num prosequendo,

Publica ventilationi

In Acroaterio J C torum

ad d. IX. VIIIbr.

exponit

PAULUS Pöhler / ALTDORPHINUS
NORICUS.



JENÆ

Imprimebat ERNESTUS Steinmann/
M. DC. XXXIX.

43

DIGITIZED BY LIBRICA

DE

DEFOE

M. O. C.

THE HISTORY OF THE LIFE AND ADVENTURES OF RICHARD
SONDRELL, A FRENCHMAN, WHO WAS BORN IN PARIS,
AND SPENT SEVERAL YEARS IN ENGLAND.

212

I E

THE HISTORY OF RICHARD SONDRELL,
A FRENCHMAN, WHO WAS BORN IN PARIS,
AND SPENT SEVERAL YEARS IN ENGLAND.
TOM I. RICHARD SONDRELL IS A FRENCHMAN,
BORN IN PARIS, AND SPENT SEVERAL YEARS IN ENGLAND.
HE IS A FRENCHMAN, AND SPENT SEVERAL YEARS IN ENGLAND.



THE HISTORY OF RICHARD SONDRELL,
A FRENCHMAN, WHO WAS BORN IN PARIS,
AND SPENT SEVERAL YEARS IN ENGLAND.



Σὺν τῷ Θεῷ!

DISPUTATIONIS

D.

DEPOSITO,

POSITIO I.

Depositum 1. est cōtractus 2. realis, 3. quo res alicui custodienda committitur, ut eandem quan- docunq; deponenti placuerit, gratis restituat. 4.

1. Depositum ex eo dictum est, quod ponitur. Præpositio enim D^E auget depositum, ut ostendat totum fidei ejus esse commissum, quod ad custodiā rei pertinet, ut testatur Ulpianus in l. i. pr. ff. de- posite. Vocatur autem aliás Commendatum; ut hæc tria deponere, commendare & custodiendum da- re hic promiscue accipiuntur l. Luc. Titius 24. & l. Publ. Marvia 26. pr. ff. b. 2. l. is penes quem 6. & l. cum hereditas 9. C. evd. l. 186. ff. d. V. S. Nec unō modō solet usurpari: Quandoq; enim pro re abjecta & desperata, uti apud Cicer, legitur: Itaq; mihi videor magnam & maximè agram, & propè depositam Rei- publ. partem suscepisse. Quandoq; etiam pro demoli- tione ac destructione, ut in l. metum 9. §. 2. ff. quod met. cauf. l. sed & loci 4. §. 3. ff. fin. regund. l. sicut 8. pr. ff. si servit. vindic. l. cum qui 23. §. fin. ff. d. usurpat. & usucap. l. 2. S. si quis 17. ff. ne quid in loc. public. &c. Quandoq; pro contractu, quo quis penes amicum

A 2 quid

- quid deponit, ut illud asservet, & custodiat : Quæ significatio, rejectis duobus prioribus, hujus loci est propria. (2) Contractum esse depositum patet ex l. contractus 23. ff. d. R. J. §. 2. in fin. J. d. J. N. G. & C. ubi expressè affirmatur, quod omnes penè contractus, ex jure gentium introducti sint, ut emptio. Venditio, locatio, conductio, societas depositum, &c. (3) Contractū realem esse probatur disertè per §. 3. ibi, re obligatur. J. quib. mod. re contrab. oblig. & l. 1. §. 3. ibi, re nobis tenetur ff. d. O. & A. Dicitur autem realis, non quod consensus omnino in isto deficiat, sed quodd principaliter, & potissimum re ineatur ; ita, ut nuda conventio non sufficiat ad obligationem, producendam (quemadmodum fit in aliis quibusdam contractibus) nisi simul res tradatur arg. l. sitib. 17. pr. ff. d. part. (4) Reliqua, quæ ad ulteriorem definitionis faciunt explicationem, infra sub posit. 6. & 7. pro instituti ratione, ingeniiq; tenuitate examinabimus.

II.

Genera depositi tria à Dd. constitui solent: 5. Simplex seu privatum : Sequestrum, quod est rei litigiosæ à pluribus facta depositio : & Judiciale, quando scilicet debitor creditori suo offert pecuniam debitam, eamq; creditore recusante in locum publicum deponit. 6.

5. E quorū numero sunt Schneidv. ad 5. p. vere a 3. J. quib. mod. re contrab. oblig. Mynsing. ibid. n. I. cum seqq. & alii. (6) Nos, cum temporis & instituti ratio non permittit, de omnibus differere, pri-
mum tantum proponere, constituimus.

III. Cau-

III.

Causa autem efficiens remota depositi
hujus est jus gentium : 7. Propinqua vero
consensus contrahentium & cum traditio-
ne rei conjunctus.

7. d. §. 2. J. d. J. N. G. & C. ubi expressè juri
gentium adscribitur. (8) Nullus enim est contractus,
qui non consensum habeat l. i. §. 3. ff. d. p. act. pro-
pterea, nisi animus, utriusq; consentit, contractus
ad effectum perduci nequit arg. l. in omnibus ss. ff. d.
O. & A. Additum autem est : cum traditione rei
conjunctus ; ad differentiam reliquorum contra-
ctuum , qui solo perficiuntur consensu. In hoc
enim nostro contractu no[n] sufficit solus contrahen-
tium consensus, sed & interventus rei desideratur :
quod cum præcipue perficiatur, re contrahi deposi-
tum dicitur in §. 3. J. quib. mod. re contrah. oblig. Et si
convenerit tantum ut res deponeretur, nec tamen
tradita fuerit, nondum est depositum. Ampl. Dn.,
Rittersh. p. m. ad d. §. 3. J. eod.

7.

8.

IV.

Deponere & apud se deponi permittere
possunt omnes, qui liberam de rebus suis
disponendi habent facultatem , ac intelle-
ctu & consensu non destituuntur. 9.

9. Cum enim quilibet sit rerum suarum mo-
derator & arbiter l. 21. C. mandat. Ideo regulariter
omnes, recte deponere, alienare , & quoq; ve-
lint modò de iisdem disponere posse, nulli dubita-
mus arg. l. 2. ff. si à parent. quis manumis. l. 9. C. d. Jud.
& Cœlic. l. 7. ff. d. relig. & sumpt. funer.

9.

A 3

V.Ex-

Excipiuntur tamen quædam personæ, &
à deponendi negotio depelluntur, vel Na-
turâ 10. vel Lege. 11.

20.

10. Naturâ deponere prohibentur, I. INFAN-
TES: Cùm enim nullum planè sensum, *l. quamvis*
32. §. 2. ff. d. A. V. A. P. nullumq; intellectum habe-
ant *§. pupillus 9. J. d. inutil. stipulat.* nihil sciant, vel
discernant *l. pupillus 9. ff. d. A. V. O. H.* & furiosis si-
miles ac proximi sint *l. i. §. huic proximus 13. ff. d. O.*
& *A.* sequitur, nec contractum eos inire, nec res
suas commodè deponere posse. II. FURIOSI:
Nullum namq; negotiū contrahere possunt; quo-
niam omni intellectu, *l. Divus 14. ff. d. offic. præsid.*
sensu, *l. s. cum 22. §. s. maritus 7. ff. solut. matr. judicio*
l. cum præter 12. §. 2. ff. d. judic. menteq; destituuntur
§. i. J. quib. nou est permis. fac. test. non intelligunt,
quid agunt *s. furiosus 8. J. d. inutil. stipul.* imò planè
loco absentium *l. ubi 124. §. i. ff. d. R. J. dormienti-*
um l. i. §. 3. ff. d. A. V. A. P. & quiescentium haben-
tur *l. 2. §. 3. ff. d. jur. codicill.* Ideoq; nemo, nisi & is
paulatim furere incipiat, illos contractum depositi
celebrare posse, affirmabit. Quod tamen de ejus-
modi furiosis, qui continuâ mentis alienatione,
perpetuoq; laborant furore, accipendum est. Ali-
ud autem dicendum de iis, qui certa, distincta, &
dilucida habent intervalla; & depositum eosdem
contrahere posse, expeditum est. III. PRODIGI:
quia & hi, quod ad bona eorum attinet, furiosum
faciunt exitum *l. his qui 12. §. 2. in fin. ff. d. tutor. &*
curat. dat. & neq; tempus neq; finem expensarum.
habent, sed bona sua dissipando & dilapidando pro-
fundunt, ut loquitur Ulp. in *l. i. pr. ff. d. curator. fu-*

1505.

rios. IV. PUPILLI: Hactenus videlicet, ut ipsi obligentur, quoniam nullum plenum animi judicium habent, d. s. 1. J. quib. non est permis. fac. test. & neq; scire, neq; discernere possunt, non magis ac furiosi d. l. 9. ff. d. A. V. O. H. ac planè pro absentibus habentur l. s. pupillus 10. ff. quib. ex caus. in poss. ear. Illi verò, qui cum pupillis contrahunt, obligantur pr. iit. J. d. authorit. tutor. Atq; ita ex uno tantum latere constat depositum l. Julianus 13. S. si quis 29. ff. d. action. empt. & vendit. Quod si tamen Tutorum accedit authoritas; nullum dubium est, quin rectè contrahant atq; deponant. arg. l. obligari 43. ff. d. O. & A. & l. s. ff. d. R. J. V. MINORES per l. 3. C. d. in integr. restitut. minor. quia fragile admodum & lubricum hujusmodi atatum est consilium, multis captionibus suppositum, multorumq; insidiis expositum, docente Ulp. in l. 1. ff. d. minor. & alieno in rebus suis administrandis egent auxilio, teste Justin. in S. item major 13. J. d. excusat. tut. vel curat. Quod tamen cum limitatione est intelligendum. Aut enim habent Curatores vel non: Priori casu absq; istorum autoritate & consensu rectè à deposito arcentur: Posteriori verò, cùm nimirū ipsis Curatores nulli sint, contractum quidem celebrare possunt, attamen restitutionis in integrum beneficio gaudent d. l. 3. C. d. in integr. restit. minor. (II) Quales sunt servi poenæ, qui ob crimen aliquod commissum ad mortem damnavi sunt: Hi enim, quantum ad actus Civiles attinet, mortui censentur. Vid. Myns. Schneidvv. ad S. pœna servus 3. n. 2. & seqq. J. quib. mod. jus patr. pet. solv. Deportati, quia & hi quoad jus Civile pro mortuis habentur, Schneidvv. d. loc. Et similes alia personæ, quas recensere institutum nostrum non patitur.

VI. Ma-

VI.

Materiā depositi sunt res, 12. tam propriæ, quam alienæ. 13.

12. Omnes enim res, quæ sub factum, custodiāmque hominis cadunt, rectè deponuntur l. 31. ff. h. e. Wesenb. in π. f. b. t. n. 14. Quod de rebus dictū fuit, id Dd. ad res tantum mobiles restringunt, & depositum in res immobiles non cadere arbitrantur. Contrà Goedd. & alii res quoq; immobiles verè & propriè deponi posse afferunt. Cui sententia & nos adstipulamur: I. quia objectum depositi indefinite constituitur in vocabulo rei l. 1. §. 1. ff. b. t. n. Rei autem appellations tam res mobiles venire, quam immobiles, patet ex l. rei 23. ff. d. V. S. II. Ita argumentamur: Quæcunq; res possunt custodiri, cædem quoq; deponi l. 1. pr. ff. b. e. quia deponere nihil aliud est, quam custodire & fidei alicujus commendare l. Lucius Tilius 24. ff. eod. At res immobiles possile custodiri, probatur expreſſe per l. custodiām 3. l. si vendita 11. ff. d. perie. & commod. rei vend. & l. 5. §. 5. ff. commodat. III. Quæcunq; res possunt sequestrari, cædem & rectè deponi: quia sequestrum est species depositi l. licet 17. S. 1. ff. b. t. sed res etiam immobiles sequestrari cōstat ex c. 1. extr. d. sequestr. poſt. & fruct. E. & rectè deponi. Addit Ampl. Consult. & Excell. Dn. Præsidem, Promotorem & Patronum meum omni honoris & observantia culta prosequendum Ex. Justin. 10. q. 6. in Ajo. & Goedd. de sequestrat. in Rubr. n. 10. & seqq. aliquot. (13) d. l. 31. §. 1. Nihil namq; in depositarium transfertur l. 17. S. 1. ff. b. e. Imò fur quoq; rem furtivam, & prædo spolia sua, rectè deponunt l. 1. §. si prædo 30. ff. d. t. in tantum, ut etiam depositarium rem depositam restituere nolen-

nolentem actione depositi conveniri possint 1. non
ab judice 64. ff. d. judic. Nisi tamen apud verum rei
dominum deposuerint: tunc enim is ex deposito
non tenetur 1. quirem 15. ff. b. t. Ratio redditur à JC.
Tryphonino, quia non esset ex bona fide, si rem suam
dominus prædoni vel furi restituere compelle-
retur d. l. 31. §. 1. in fin. Welenb. in π. ff. b. t. n. 4.

VII.

Forma in eo consistit, ut depositarius rem
depositam custodiat, 14. eamq; in specie, 15.
quando deponens voluerit, 16. gratis 17. re-
stituat.

14. Nam quocunq; alicui datur in deposi-
tum, dari debet ad custodiendum, ita, ut neq; usus,
neq; possessio, neq; dominium in depositarium ca-
dat. Non usus: quia sic differt à Commodato, in
quo præcipue traditur res utenda, ut appareat ex l. 1.
§. 1. l. ad eos 19. & l. fin. ff. commodat. Non possessio:
quia in hoc differt à sequestratione l. 17. §. 1. ff. b. t.
Non dominium: Inde enim nascitur differentia
inter mutuum, in quo dominium transfertur pr. J.
ibi. accipientium siant. quib. mod. reconstr. oblig. Sed
quid dicendum, si depositarius rem invitò depo-
nente contrectaverit, indq; usum suum converte-
rit? Hanc quæstionem decidit JC. Paulus in l. si fa-
culum 29. ff. b. t. ubi talis proponitur casus: Sem-
pronius, qui ob res & negotia sua expedienda ali-
quandiu absfuturus erat, apud Cajum deponit in
arcā clausā & obsignatā 500. florenos, rogatq; eun-
dem, ut arcā istam tamdiu, donec redeat, custodi-
re velit. Cajus annuit, & arcā istius clausā & obsi-
gnatae custodiam suscipit. Reversus autem Sempro-
nius

14.

nius cum repetere vellet à Cajo arcam suam , repe-
rit , eam non tantum effractam , sed etiam pecuni-
am inde ablatam esse , quam Caius invito & inscio
deponente in suos usus convertit . Quare ritur quid
juris ? Et respondet JC. Paulus , eum non tantum
contra naturam contractus egisse , sed insuper , quia
rem invitò domino contrectavit , furtum commi-
tisse ; & sic Sempronium & furti & depositi actio-
nem rectè adversus eundem instituere posse . Adde
l. 3. C. eod . Et hoc procedit , etiam si nulla expressa ,
fuerit mentio facta custodiæ ; quia contractus hu-
jus natura id exigit , quæ tantum in custodiâ merâ
& solâ consistit . (15) Requiritur porrò rei depositæ
in specie restitutio d. s. 3. ibi . quia & ipse de care ,
quam accepit , restituenda tenetur f. quib. mod. re con-
trah. oblig . Ut si pecunia apud aliquem fuerit depo-
sita , eaq; clausa & obsignata , appareat deponentem
hoc agere voluisse , ut ipsum corpus reddatur arg. d.
l. 29. & l. 3. C. eod . Treutl. vol. 1. D. 26. b. 6. lit. A.
Accidit tamen interdum , ut non eadem res in spe-
cie , sed in genere restituatur ; quando videlicet
quantitas non obsignata fuerit deposita , tunc enim
tacitè hoc actum videtur , ut reddatur tantundem :
quia alias deponens rem vel clausisset , vel obsignal-
set : Et sic ne furtum quidem committit , cùm uta-
tur istà pecuniâ domini voluntate , dummodò de-
ponenti alia res vel pecunia ejusdem bonitatis &
quantitatis restituatur . Idem dicendum est , si po-
stea convenit , ut depositarius re utatur . Quamvis
enim in his & similibus casib⁹ termini depositi ex-
cedantur . Lex tamen contractus servanda est l. Luc.
Titius 24. in fin. & l. 25. s. 1. ff. h. t. cùm nihilominus
sit & maneat depositum : quia initium & voluntas
con-

contrahentium inspicienda est arg. l. i. §. si convenit
6. ff. cod. neq; locatio aut mutuum contra intentio.
nem agentium inducitur, nisi ipsum mutuum es-
se voluerint l. i. s. si pecunia 34. l. 7. s. fin. ff. b. t. & l.
non omnis 19. ff. d. reb. cred. Welenb. d. loco n. s. Quod
Dd. appellare solent depositum irregularē, Nobiliſſ.
Dn. Frantz. Ex. 9. q. 8. & Bachov. ad Tr. d. vol. 1. D.
26. 0. 6. & 7. (16) Restitui insuper debet res, quan-
doconq; deponenti placuerit l. 11. C. b. t. ubi Justi-
nianus Imp. expressè hunc prescribit in modum: si
quis vel pecunias, vel res quasdam per depositionis acce-
pit titulum: eas volenti ei, qui depositus, reddere illoco
(infra in ead. l. habetur quām celerrimē, & s. i. quām
oc̄yssimē) modis omnibus compellatur. Quod etiam
constituit Magnif. Nobiliſſ. & Prudentiſſ. Senatus
Imperialis & Libera Reip. Noribergensis, in Refor-
matiōne tit. Boni hiderlegten Gütern XV. L. 2. cuius
verba hac sunt: So einer von dem andern ein Haab oder
Gut zu getreuer Hand in seine Verwahrung annimbt/
der soll dasselbig Gut dem Hinderleger auf sein erfors-
dern wiederumb unverzüglich vnd sonst niemand an-
ders zustellen vnd einantworfen. Eo autem loco re-
stitui debet, in quo sine dolo malo res deposita est.
Quod si verò alio rem desideret depositor: sumptu-
tius id fieri & quū est: sive ab initio conventū sit de
loco, sive non. l. si in Asia 12. pr. & §. 1. ff. b. t. Potest
autem res alterius custodiæ tradita repeti, vel sta-
tim atq; deposita fuit l. r. §. est autem 22. ff. b. t. ni-
hilq; refert, etiam si de certo tempore fuerit con-
ventum: Deponentis enim gratiā contractus hic
initur, qui revocare & mutare istum pro arbitrio
suo prohibendus non est. Welenb. d. t. n. 7. Adeò
autem res in eadem specie restituenda est, ut ne-

16.

B 2

com-

compensatio quidem, vel deductio, aut doli ex-
ceptio deponenti possit objici per d. l. 11. in verbis
nullamq; compensationem, vel deductionem vel doli ex-
ceptionem opponat. &c. Et hoc quoq; constitutum
est in predicta Reformat. §. Vñ ob der Inhalter auff er-
forderung des hinderlegten Guts einige compensation
vnd Vergleichung fürwenden / vnd sagen wolte / das
hinderlegte Gut were nicht des Hinderlegers eigen/ das
mit/ soll er nicht gehört/ enthebt/ noch entschuldigt wera-
den. Acriter hic inter Dd. controverti solet : AN.
depositarius ob expensas, ad depositum conservan-
dum factas, possit illud retinere, donec ipsi satisfi-
at ? Nobis negantium placet opinio per sapientia alleg.
l. 11. C. h. t. ubi res depositæ, quam celerrimè, sine ali-
quo obstaculo sunt restituendæ. Quibus verbis, (ut
opinamur) nihil aliud indicare voluit Imp. quam
ut res depositæ sine ullâ exceptione restituerentur.
Quicunq; enim rem quam celerrimè & sine aliquo
obstaculo restituere debet, ille certè expensas, aut
alia, moram restituendi caussantia, prætendere,
non poterit: nam hoc non esset, quam celerrimè,
& quam oxyssimè restituere. Deinde ne doli qui-
dem exceptio in h. l. 11. admittitur. Quid autem
exceptio expensarum aliud est, quam dolum de-
ponentis arguere, si rem petat, & sumptus non re-
fundat. Præterea frustrà instituta fuisset actio de-
positi contraria; quia si hoc concederetur, ut quis
ob impensas retineat depositum, inutilis planè fo-
ret ista actio, quod non permittendum. Et hanc
quoq; sententiam amplectuntur *Magnificus Dn. A-*
rum. p. m. Ex. 12. b. 6. Ampliſ. & Consultiſ. Dn. D.
Ludvvel J.C. celeberrimus, Pand. & Feud. Prof. in in-
cliga Acad. Altorfina Publ. &c. Promotor & Praeceptor

meus

meus observanter honorandus in not. ad π. Wesenb. ad
b. t. in verbis : sine ulla mora. Treutl. d. D. 26. b. s. lit.
C. (17) quia interveniente mercede non amplius
manet depositum , sed sit locatio conductio , vel a-
lius contractus innominatus . Vid. l. i. § 8. & 9. f. h.
t. S. fin. l. d. mandat. Quod si tamen honorarium
aliquid à deponēte ob prætitæ custodiz remune-
rationem acceperit , illud contractum hunc non
innovat ac immutat l. 2. § 24. ff. vi bon. raptor. Treutl.
d. D. 26. b. 1. lit. E.

17.

VIII.

Finis est , ut res deposita custodiatur. 18.

18.

18. Quoniam nullum alium ob finem res de-
ponitur , quām ut custodiatur : Ideoq; quia non
semper & ubiq; rerum nostrarum possumus esse
custodes , alterius imploramus auxilium , ut iis eas-
dem custodiat atq; assertet , quemadmodum supra
quoq; sub num. 14. attigimus.

IX.

Effectus hujus contractū est in actione
directā , & contrariā : Directa 19. datur de-
ponenti , 20. adversus depositarium , 21. in
simplum 22. ad depositū restituendum 23.

19.

19. Actio depositi directa dicitur , quando de-
ponens adversus eum , apud quem res deposita est ,
agit , ut eandem sibi restituat . 1. t. ff. & C. h. 1. (20)
Ei scilicet , qui rem suam vel alienam , suo tamen
nomine , custodiendā dedit d. l. 1. § . si terrogavero 11. ff.
h. t. Nec interest , pater an filius fam. sit l. Julianus
19. ff. eod. fur vel prædo d. l. 1. § . 39. nisi tamen hi
apud verū deposuerint dominem , adversus quem
agere nullo modō possunt d. l. 15. & nos supr. sub

20.

B 3 posse.

posse. 6. n^o 13. Quod de depōnente dictum, id ad heredes quoq; ejusdem recte extenditur d. l. 1. §. hac actio 19. Quomodo verò illi agere possint, & quibus sit restituenda res, docet l. 1. §. si pecunia 30. ff. b. t.

21. (21) Qui nimis rei custodiam in se suscepit, & apud quem res deposita fuit. Quid, si depositarius, moriatur, antequam res restituaretur, Anne adversus heredes quoq; institui potest actio? Et Respond. quod sic, perl. s. hominem 7. s. 1. ff. b. t. quia omnes actiones, quæ ex contractibus descendunt, in heredes recte dantur l. ex contractib. 49. ff. d. o. & A. quatenus videlicet rei persecutionem continent: Nam quatenus ex nonnunquam & poenam persequuntur, adversus heredem non competit, nisi is de proprio dolo conveniatur §. 17. l. d. Action. & d. l. 1. §. 1. Non levius momenti quæstio est, Si depositarius rem fidei suæ traditam vicissim alteri custodiendam dederit, contra quem deponens agere depositi actione possit? R. adversus secundum frustra actionem instituet, quia nihil cum eo de depo- nenda re contraxit arg. l. 11. ff. d. o. & A. Adversus primum autem (modò iste dolum vel culpam non commiserit) nihil aliud intentare potest, quam ut actionem suam depositi, quam adversus secundum depositarium habet, ipsi præstet l. si. is 16. ff. b. t. Add. Ampl. Dn. Rittersh. ad L. 22. c. 3. d. R. l. (22) Regulariter scilicet d. l. 1. §. 1. Aliud dicendum, quando quis tempore necessitatis, & metu imminentis periculi, puta incendi, tumultu, ruinæ ac naufragii, deponit: tunc enim ob inficiationem, recte in duplum datur; ut rem depositam, & poenam simul (rei estimationem) persequatur. Ratio autem, cur hoc in casu in duplum agatur, elici pot- est

est ex d. l. r. s. meritò 2. quoniam qui ob necessitatem
inguarentem, subitamq; vitam deponit, non eligere
statim talem poterit amicum, cui tutò & fideliter
rem suam commendet, ideoq; nihil ipsimet tunc
imputari poterit, qui electionis integrum non ha-
buit libertatem. Wesenb. d. loco n. 10. Concordat
etiam in hoc supra laudata Reform. Norib. d. iit.
XV. L. V. So iemand in sorglichen Auffläussen/ Fewer/
Wasser oder dergleichen Noth zu einem andern etwas
flöhet / vnd zu behalten vertratet / vnd der Annehmer/
oder sein Erb / der davon ein Wissen hett / solches her-
nach fürsätzlich verleugnen / vnd dessen überwiesen wüns-
de / So soll er dem Hinderleger zusamt den geflöhneten/
vñ eingegebenen Gut / noch so viel als es werth
ist / zu bezahlen vnd zuerstattet / schuldig / auch der O-
brigkeit (En, arbitriā insuper poenā à magistratu
puniri solet) thine nach Gelegenheit der Sachen zu-
straffen / vorbehalten seyn. Illud & hic discuti solet:
UT R U M præter hos IV. casus, etiam ad similes,
ubi videlicet eadem necessitatis militat ratio, (v. g.
quando quis ob subitum terrorem vel incursum
hostium latronumve deponat,) actio ista in duplū
extendi possit? Affirmari solet per c. prima autem. S.
2. vers. sed quia natura 2. F. 24. Nec magni momenti
esse putamus, quod regerit Joh. Fab. ad S. 17. n. 5.
I. d. A. allegatus à Schneidvv. ibid. n. 34. illud videl. in
poenalib⁹ fallere: & propterea ad casus nō expressos
extendendum non esse: Contrariū namq; patet ex
d. cap. ex quo satis dilucidē colligitur, quod etiam
in poenalibus, ob similitudinem & identitatem rationis
recte fiat extensio: Add. Schneidvv. d. loc. &
num. Extra hos verò casus in simplū tantum com-
petit actio: quia qui negligenti amico rem tradit
custo-

custodiendam, non ei, sed suæ ipsius facilitati id im-
putare debet d. S. præterea 3. l. quib. mod. re contrah.
oblig. (23) Quandoq; ipsi placuerit, potest age-
re deponens, cùm depositarius reposcenti rem su-
am neget; Adeò autem statim reddi debet, ut nihil
obster, etiam si à depositore certum fuerit adjectum
tempus: V. G. Depono apud te Centum, quod nō,
nisi post mortem meam, reddes; Mutare enim vo-
luntatem meam non prohibeo, & rem etiamsi ita
contractum fuerit, repetere l. i. §. si deposueris 45. cum
§. sq. ff. b. t. Nisi tamen justam dilationis prætendat
caussam, utputa, si res sit deposita in provincia
vel ita reclusa, ut reddendi non sit facultas d. l. i. §.
est autem 22. Oldendorp. class. 4. act. 23. pag. m. 548.
Vult. 2. l. R. 8. n. 27. Et restitui debet cum fructi-
bus, accessionibus, & omni causâ: Bonæ fidei enim
convenit, ut cuius quæq; res sit, eum etiam singula
rei sequantur emolumenta l. i. §. & idè 24. b. t. Sed
quid, si depositarius in morâ fuerit, quominus de-
positum petenti restituat deponenti, ANNÆ Usu-
ræ propter moram istam factam recte peri possunt?
Quod affirms Imper. Gordianus in l. 2. C. b. t. n. &
JC. Paulus in l. 29. §. 1. ff. cod. Petuntur enim non
propter lucrum deponentis, sed quia depositarius
in morâ est, quominus præstet id, quod præstare
debuisset arg. l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. in fin. ff.
d. usur. Idem dicendum, si depositarius rem vel pe-
cuniâ in usus suos inquit deponente converterit
per l. 3. & 4. C. d. t. depos. Vel, si ita inter contrahen-
tes convenit, ut depositarius utatur pecuniâ: Nam
& hic ob moram commissam in usuras cōdemnan-
dus est l. 25. §. 1. ff. b. t. Quandoq; tamen datur non
ad rem ipsam persequendam, sed ejus tantum æsti-
matio-

matione. E. G. Titius apud Sempronium depo-
suit vestimenta, & duos equos; qui, antequam re-
peteret Titius, diem suum obiit, instituitq; omniū
bonorum suorum heredem Cajum: Hic adit post
mortem defuncti hereditatem, nesciens quidquam
penes eum esse depositum, & vestimenta unā cum
equis, tanquam res testatoris proprias, distrahit,
aliiq; vendit. Post aliquot præterlapsos dies, cūm
Titius expertus esset, Sempronium diem suum ob-
iisse, adit heredem Cajum, ab eoq; petit, ut vesti-
menta & equos, quos non ita pridem apud Sem-
pronium deposuerat, restituat. Heres, cui nihil hāc
de re constabat, rem distractam amplius redimere
nequit; Quæritur igitur, Num Cajus heres tenea-
tur rem ipsam (quod impossibile ei est) restituere;
An verò ejusd. æstimationem? Respondit JC. Ulp.
Si constet, defuncti heredem dolo in istâ re versa-
tum non fuisse, ad rem ipsam restituendam cogi nō
posse; quin tamen ad æstimationem ejusd. rei rectè
conveniatur, dubium nullum esse d. l. i. s. fin. ff. b. s.

X.

Venit in hanc actionem dolus 24. tan-
tum, & culpa lata: Non verò levis & levi-
fima, 25. multò minus casus fortuitus. 26.

24. Regula à Dd. traditur: In contractibus,
qui solius dantis personam concernunt; dolus tan-
tum & lata culpa præstanta est arg. l. s. s. 2. ff. com-
modat. Cujus regulæ exemplum præbet hic noster
contractus, ubi similiter tantum dolus & lata culpa
præstari solet d. l. s. s. 2. l. i. s. ult. & l. quod Nerv. 2.
ff. b. s. Quid sit dolus, ostendit l. i. s. 2. ff. d. dol.
mal. omnis videlicet calliditas, fallacia, machinatio,
ad circumveniendum, fallendum, decipiendum.

24.

C alte-

alterum adhibita : Culpa verò lata , magna & supi-
na negligentia, quando quis eam diligentiam non
adhibet, quam communis hominum natura desi-
derat : Vel , qui non intelligit id, quod omnes in-
telligunt l. cedere 213. §. fin. & l. lata 223. ff. d. V. S.
Hæc dicitur interdum propè dolum esse l. s. fidejus-
for 29. pr. ff. mandat. l. 1. §. 2. ff. suis, qui test. liber eß.
jus. erit, &c. l. 7. §. 1. ff. d. suspect. tutor. interdum
dolo proxima l. cum res 47. §. 5. ff. d. legat. r. inter-
dum etiam simpliciter dolus l. magna 226. ff. d. V. S.
& d. l. 32. ff. h. t. Quod tamen cum grano salis acci-
piendum est, ut procedat in contractibus veris, &
quasi, & delictis, pœnam pecuniariam continent-
ibus dd. txx. non verò in pœnâ corpori infligendâ
l. in lege 7. ff. ad L. Corn. d. sicar. ibi enim, ut dolus
verus interveniat, necesse est, nec sufficit, ignoran-
tiâ vel errore quamvis crassissimâ quidquam fa-
ctum esse, Dn. Rittersh. ad d. l. 23. c. 5. Quod Dd.
etiam ad causas famosas extendunt, quæ capitali-
bus æquiparari solent arg. l. isti quidem 8. §. 2. ff. quod
met. cauß. gest. er. Vide sis Schneidvv. ad §. 6. n. 2. l.
de suspect. tutor. & Welenb. in π. ff. d. hu, qui not. in-
fam. n. 4. Latam igitur culpam in nostro contractu
committit, quando quis non eandem diligentiam
rebus fidei suæ commissis adhibet, quam in propri-
is adhibere solet d. l. quod Nerva 32. Veluti si rem
penes se depositam negligenter in scanno jacere
finat, cum suas res in arcâ diligenter includat. Quod
si verò quis tales adhibet diligentiam, qualem ad-
hibere solet suis & propriis (unde communiter à
depositariis dici solet: Ich wil es also verwahren/ als
wann es mein eigen were.) omnino postea securus
erit, si rem ita custoditâ furto amiserit; quia depo-
nens,

nens, negligentiam amico rem custodiendam tradens,
non ei, sed suæ ipsius facilitati id imputare debet d.
§. præterea 3. in fin. l. quib. mod. re. contrah. oblig. (25) 25.
Levis culpa est, cùm quis non præstat eam diligenti-
am, quam prudentes & diligentibus patresfamiliæ
rebus suis adhibere solent l. heredes 25. §. nontantum
16. ff. famil. herisco. l. ea igitur 14. ff. d. pignovat aet. Le-
visima, cùm quis non eam adhibet diligentiam,
quam diligentissimus paterfam. reb. suis adhibet
l. in rebus 18. ff. commodat. Quod verò harum nulla,
sed tantum lata culpa præstari soleat, probatur per
d. §. 3. l. b. t. in verbis: Culpa nomine, id est, desidiae ac
negligentie non tenetur: ubi per vocabulum culpa in-
telligenda est Lewis: cùm & aliás quoties simplici-
ter & absolutè culpæ fit mentio, ista intelligi soleat.
ut in d. s. 3. §. ult. l. d. societat. l. si servus 108. §. si quid
22. ff. d. legat. l. &c. Ethoc regulariter obtineri so-
let. Fallit tamen regula in præced. num. allata, I.
in eo de deposito, ubi merces intervenit, sive honora-
rium: Nam tunc & levem præstare culpā deposita-
rius tenetur d. l. s. §. 2. l. 2. s. si in re deposita 24. ff. vi
bon. raptor. quia ex mercede ista utilitas aliqua reddit
ad depositarium, unde meritò arctius obligatur,
quàm alias, qui nihil planè commodi ex re deposi-
tā sentit. Ampl. Dn. Rittersh. ad L. 23. c. 3. pag. mihi.
57. Non verò levissimam, ut opinatur Schneidvv.
ad §. 3. n. 17. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. Nec ob-
stat c. fin. extr. d. deposit. Nam illud generaliter cul-
pæ mentionem facit; ideoq; de levi potius secun-
dum d. l. s. §. 2, quàm levissimā est accipendum.
II. Si quis se deposito obtulit; Tunc enim non tan-
tum levem, sed & levissimā culpam præstare com-
pellitur l. r. §. sapè evenit 35. ff. b. t. ubi vocabulum.

C 2 custo.

Custodiæ non levem, sed levissimam denotat cul-
pam: Hoc enim expressè innuit tam oppositio cul-
pæ & casùs fortuiti, quàm expressa custodiæ à culpâ
separatio, Cl. & Exc. Dn. Ludvvell. in not. ad π. We-
senb. hic. num. fin. III. Niç caussâ depositarii vel in
favorem ejus, res penes ipsum sit deposita d. l. 1. §. 3.
pecunia 34. De qua, ut & plurib. aliis videri potest
Dn. Rittersh. d. loco. (26) Casus fortuiti (quibus vi-
del. humana infirmitas resistere nequit l. 1. s. 4. ff. d.
o. & A. quosq; nullū humanum consilium provide-
re potest l. 2. §. si eò tempore 7. ff. d. administr. rer. ad
civit. pertin. & l. 6. C. d. pign. aſt.) regulariter in nul-
lo bonæ fidei judicio præstari solent s. 2. & §. ult. I.
quib. mod. re contrah. oblig. d. l. 6. C. d. pign. aſt. ideoq;
si res hoc casu perierint, ad damnum resarcendum
nullo modo cogi potest depositarius. Idem quoq;
prospicitur in d. Reform. Nor. tit. XV. L. 1. s. Wo
aber solche befohlene Haab vnd Güter über sein gebühre-
lichen vnd nohtürftigen Fleiß aus unverschenen Zufall/
als von Gewaltsam/ Feyer / Wasser oder dergleichen
Unglück beschädiget würden/oder gar vergiengen/ daro
umb ist er dem andern einige Widerlegung oder Erstat-
tung zuthun/ nicht schuldig. Dixi: regulariter: Pacto
quippe id effici potest, ut etiam casus fortuiti sint
præstandi d. l. 6. C. d. pignorat. aſt. l. 1. C. d. commo-
dat. & l. 1. C. depos. Pactum enim dat legem contra-
ctui, ac depositarius præstationem casuū fortitorū
in se suscipiens, id sibi imputari debet, qui arctius
ultrò se obligavit, quàm alias teneretur; quia in e-
jusdem voluntate ab initio fuit, illud suscipere, vel
non. Quod autem semel placuit, amplius displice-
re non debet c. quod semel 21. d. R. 1. in 6. cùm con-
tractus ab initio sint voluntatis, postea vero siant

accep.

necessitatis arg. l. s. C. d. O. & A. Hoc tamen, ut ipsi casus avertantur, evitenturq; præstare nemo potest; id enim impossibile, sed ut æstimatio damni ita contingentis præstetur. Hic & illud disceptatur: U T R U M in conventione de casibus fortuitis præstandis singuli casus sint exprimendi. An verò sufficiat generaliter omnes, etiam insolitos, complecti? Posteriorius amplector cum Dn. Rittershus. ad d. l. 23. c. 3. arg. l. fistulas 78. ff. d. contrah. empt. & l. ex con- ducto 15. §. 1. ff. locat. Fachin. 1. controversial. 86. Deinde limitatur quoq; ut non procedat, si dolus aut culpa casum præcesserit l. s. s. 4. ff. commod. Vel, si depositarius in morā restituendi fuerit, & res, quam debebat tradere & restituere, inter moras perierit l. s. in Asia 12. s. 3. ff. b. s. & l. quæsum 8. §. & genera- liter 6. ff. d. precar.

XI.

Contraria depositi actio 27. datur depositario, quâ is expensas in rem depositam fa-
ctas repetit. 28.

27. Quæ interdum appellari solet contrarium
judicium, l. ei apud quem s. pr. ff. b. t. l. 1. & l. 6. s. alt.
ff. d. his, qui not. infam. (28) Ad hoc enim instituta-
est actio ista depositi contraria, ut id, quod impen-
sarum nomine erogavimus, repetamus. E.G. Sem-
pronius ante aliquot menses peregrè profectus,
duos equos, quibus in itinere opus non habebat, a-
pud me depositus; quorum curam custodiamq; lu-
bens ob amicitiam, diu inter nos cultam, suscepit.
Postea accidit, ut is diutius, quam promiserat,
abesset. Ego interim, quia equi de vento vive-
re non poterant, pro avenâ, foeno, & cæteris, ad
necessariam equorū curam ac sustentationem per-

27.

28.

tinentibus, quatuor impendi aureos. Reversò Sempronio, petii, ut mihi prædictos aureos, quos in eos quos erogasset, reddat; qui tamen temerè & contra amici officium eosc. mihi reddere recusabat. Itaq; ego omnino existimo, ne officium, quod in aliena re suscepit custodiendà, damnosum existat contra l. si quis 7. ff. testam. quemad. speriant. & l. se servus 61. s. quod verò s. ff. d. furt. me rectè adversus Sempronium actionem instituere, ut mihi prædictos quatuor aureos, impendiorum nomine erogatos, reddat ac restituat. Addè Oldendorp. d. cl. 3. 4. act. 23. Obiter & hic notandum, multùm differre actionem directam à contrariâ: quia in illa condemnatus, si scil. depositum neget, & postea convincatur, sit infamis l. i. ff. d. his qui not. infam. & l. 10. C. depos. Ratio est, quoniam hic agitur de fideruptâ, sive de dolo ac perfidiâ: cùm dolo faciat is, qui rem alienam domino petenti restituere detestat l. 13. in fin. ff. b. t. & bona fidei non congruat, abnegare id, quod quis accepit l. 21. pr. ff. eod. In hac verò agitur tantum de indemnitate depositarii, quam absq; perfidiæ notâ facilì negotio præstare, potest l. furti 6. s. ult. ff. d. t. d. his, qui not. infam. Deinde in illa etiam juratur in item, l. i. s. in depositi 26. ff. b. t. in hac verò non l. s. pr. ff. eod. Welenb. in π. ff. ad b. t. num. fin.

XII.

Finitur depositum Revocatione, 29. interitu rei depositæ, 30. & similibus. 31.

29. Hactenus pro instituti nostri ratione, quomodo depositum subsistat, vidimus; Nunc paucis modis aliquot, quibus finiatur, attingemus. Quorum primus est Revocatio, quando nimirum depo-

nens

nens rem à depositario iterum repetit; tunc enim statim post revocationem, expirat depositum: Quæ revocatio fieri potest, quandocunq; deponenti libuerit, & depositarius reddere depositum statim tenetur l. pen. C. b. t. (30) Quod fit, quando videlicet res, quæ deposita fuit, casu fortuito apud depositarium pereat: Tunc statim, quia ejusmodi casum nemo hominum providere & evitare potest, expirat depositum. (31) Utputa, cùm expresse inter contrahentes convenit, ut fiat locatio - conductio, emptio venditio, vel alius contractus.

30.

31.

XIII.

Affine contractui huic est commodatum:
32. Pugnantia, Merces. 33. Compensatio,
34. Ulsus rei depositæ. 35.

32. Uterq; enim contractus est realis & juris gentium §. 2. l. d. l. N. G. & C. & in utroq; præter consensum, qui in omnibus contractibus alijs requiritur, necessaria est rei præsentia, & traditio d. l. 1. §. 3. ff. d. pac̄. & §. 2. & 3. l. quib. mod. re contrah. oblig. uterq; etiam est gratuitus, d. l. §. 2. ibi gratuitum enim debet esse commodatum, & §. 3. l. d. t. Non tamē in omnib⁹ conveniunt: Differt enim i. in eo, quod commodatū fiat ad certū & præscriptum usum l. in commodato 17. §. 3. ff. commodat. depositū verò ad custodiā tantūm l. i. pr. ff. b. t. 2. in commodato præstāda est omnis culpa & diligētia, in deposito verò dolus tantūm & lata culpa l. s. §. 2. ff. commod. &c. (33) Gratuitum hunc esse contractum, ex superioribus satis constat, ideoq; mercedem nullo modo admittit, & si interveniat pecunia, mercedis nomine numerata, desinit depositum, & fit locatio conductio

32.

33.

34. ductio, &c. (34) Quamvis enim aliás in omnibus
actionibus tam bonæ fidei, quam stricti juris, tam
in rem, quam in personam locum habeat compen-
satio, expressè tamen excipitur depositum in l. fin.

35. C. d. compensat. & l. 11. C. deposit. (35) De quo
actum in posit. 9. num. 23.
ubi vide.



COROLLARIA.

1. Consensus Parentum in nuptiis libero-
rum, qui sunt in eorum potestate, o-
mnino est necessarius.
2. Idem dicendum de Jure Canonico.
3. An testes aliò quovis signò, præter annu-
lum signare possint testamentum?
4. Testamentum tempore pestis códitum,
requirit septem testes.


F I N I S.

ULB Halle
005 132 630



3

VDA7



	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	18	17	16	15	14	13	12	11	10
	19	18	17	16	15	14	13	12	11
	8	7	6	5	4	3	2	1	0
	9	10	11	12	13	14	15	16	17
	10	11	12	13	14	15	16	17	18
	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	12	13	14	15	16	17	18	19	8
	13	14	15	16	17	18	19	7	6
	14	15	16	17	18	19	7	6	5
	15	16	17	18	19	7	6	5	4
	16	17	18	19	7	6	5	4	3
	17	18	19	7	6	5	4	3	2
	18	19	7	6	5	4	3	2	1
	19	7	6	5	4	3	2	1	0

DISPUTATIO JURIDICA;

D R

~~Fri. 15. num. 42.~~

DEPÓSITO.

Quam

D. Q. M. A.

Magnifico & Nobilissimo F C T O R U M Ordine in
Celeberrima SALANA, consentiente
& approbante,

P R A E S I D E

VIRGO

Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo

DN. ERASMO UNGEPAUERO,
JECTO eminentissimo, Antecessore hujus Academie
Celeberrimo, Consiliario Saxonico gravissimo, Curia
Provincialis & Scabinatus Assessore dignissimo, Pa-
trono, Promotore, ac Præceptore suo omni
honoris & observantia cultu æter-
nūm prosequendo.

Public ventilation.

In Acroaterio J Ctorum

ad d. IX. VIIIbr.

exponit

KENFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

PAULUS PÜHLER / ALTDORPHINUS
NORICUS.

JENÆ

Imprimebat ERNESTUS Steinmann,
M. DC. XXXIX.